

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarius (Lectionarius) - Cod. Aug. perg. 16

[S.l.], [11. Jh.]

De eadem festivitate cuius supra

[urn:nbn:de:bsz:31-6697](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6697)

• diae facibus inardescit. atq.
ad contumeliam dī omnipo-
tentis per anfractas daemo-
num semitas erraticus uator
incedit. non parat dño uia.
sed inimico miser suo exitia-
bilem in semetipsum patefa-
cit ingressum. Humores &
uita huiusmodi ampla iti-
nera. Et largissimas uias bar-
baris nationibus in exitium
communis salutis aperiuunt.
Humores plebem dī inimicis
gentibus iugo miserae capti-
uitatis ad dicunt. humo-
res. armatos dissipant popu-
los. et munitas diruunt ci-
uitates. Et quid plura
karissimi. quicquid poten-
tiae. quicquid uirium uide-
mus in hostibus. corruptio-
ne uitae nrae. nraque infide-
litate nutritur. Et inde
est quod nihil fusa ad dñm

supplicatione proficimus.
quia incessabiliter impiis
prauisq. desideriis inhaeren-
tes. uiam dño nro secundum
prophætica monita non pre-
paramus. Propter quod
reuertentes ad beatissimi prae-
cepta iohannis. paremus dño
uiam. rectas faciamus semitas
dī nri. quatenus uident in
nobis dñs itinera bonae uo-
luntatis. ouiculas suas multis
iam periculis fessas benignis-
simus pastor inquirat. Ut
sicut de baptistae dominici
hodie natiuitate gaudemus.
ita de dī nri reconciliatione
laetemur. Cui honor et glo-
ria in saecula saeculorum amē.



DEEADĒ
FESTIUITATE
CUIUS SUPRA
UNCTORUM
quidem prophæa

rum fratres karissimi uene-
 randa recordatio est. beatus
 autem iohannes baptista
 cuius genuinus hodie nata-
 lis honoratur. in tantum
 omnium illorum singulari
 quodam merito supergressus
 est gloriam. ut dñm ihm sal-
 uatorem nr̄m non solum esse
 uenturum. sed aduentasse
 iam et cohabitare hominib.
 ueritate praesentis testimo-
 niu reuelaret. Quem cum
 inter promiscuas turbas ad
 baptismum suum properare
 uidisset. uelut digito demon-
 strans ait. Ecce agnus di.
 ecce qui tollit peccata mundi.
 Quam innocens est huius uita VI.
 uel qua possumus deuotio-
 ne eius merita compensare.
 qui agni caelestis aduentū
 & primus agnouit. et solus
 ostendit. Quam mirabile

uniuersis est eius praeconiū.
 & cuius ore primo absoluti-
 onem suam mundus audiuit.
 Hic est karissimi de quo pro-
 phetae adnuntiatione pre-
 dictum est. Uox clamantis
 in deserto parate uiam dñi
 rectas facite semitas di nr̄i.
 Clamaturus enim erat sicut
 et clamauit. ut uociferante
 salutis praecone obduratas
 diu aures mortalium. prae-
 dicatio caelestis aperiret.
 Quis ergo huiusmodi pphaeā VII.
 non tota admiratione susci-
 piat. quem tantum reco-
 gnoscit obtinuisse de dō.
 ut ante eius merita lauda-
 rentur quam natiuitas for-
 maretur. Hic igitur Zacha-
 riae iustissimo sacerdoti.
 cum multa esset aetate p-
 uectus. & sterilitate senis-
 simae coniugis. successione

uotui germinis desperasse.
omnipotentis di cura per
angelum promittitur na
sciturus. Et bene senissimis
parentibus nouus filius da
tur. qui senescenti labentiq.
mundo unigenitum di ad
spem futurae iuuentutis
ostenderet. Quid illud quan
to est stupore mirandum.
quod zacharias ipse dum
praecursorem salutaris uerbi
concupiendum senili alio
paulo tardius credidit. si
lencio repentinae taciturni
tatis obmutuit. Nec pristi
num loquendi recepisse usum.
nisi nomen pueri quod uocan
dus esset. clausi oris eius uin
cula relaxasse. Atq. ita fa
ctum est ut os sacerdotale
quod trepidatio colligaue
rat dubitantis. meritum
filii nascentis absolueret.

et reparata patris lingua
infantis gloriam testaretur.
Quid autem de continentiae
eius uirtute. quid de amore
iusticiae loquar. Cui sicut le
gitur inimitabilis uictus. &
luce ipsa clarior ueritas fuit.
Conuersatus aut in deserto.
uestitum habens de pilis ca
meli. et zonam pelliciam
circa lumbos eius. locustas
edebat et mel siluestre. ut
increpaturus hominum mala
Nullam penitus haberet uel
in ueste uel in epulis uolu
ptatem. Deniq. tanta eius
mentem diuinae legis aemu
lacio possidebat. ut & prau
tatem perfidae generationis
prophaeico uigore compe
ret. & auctoritate feruentis
in se sps sci. regem intrep
idus increparet errantem.
Maluitq. uir beatissimus sub

denuntiatione iusticiae. fu-
rentis succumbere gladio.
quam reticere ueritatem.
qua manifestare uenerat
auctorem.

ITEM DE EADEM DIE.
LECTI SCI EU SEU LUCAM.

In illo temp. Elisabeth
impletum est tempus parien-
di. et peperit filium. Et au-
dierunt uicini et cognati eius
quia magnificauit dñs mise-
ricordiam suam cum illa. &
congratulabantur ei; & reliq.

OMELIA LECTI-
ONIS
HUIUSDE UENERA-
BILIS BEDI
P BRI

PRAE-
CURSOR

hic dñi sicut sacratissima
lectionis euangelicae pro-
dit historia. multa mira-

culorum sublimitate resulge-
Quia nimirum decebat ut ille
quo maior inter natos muli-
erum nemo surrexit. maiore
praeceteris scis. in ipso mox
ortu uirtutum iubare cla-
rescere. Senes ac diu infae-
cundi parentes. dono nobilis-
simae prolis exultant. ipsi
patri quem incredulitas
mutum reddiderat. ad
salutandum nouae praecone-
gratiae. os et lingua reserat.

Nec solum facultas dñi bene-
dicendi restituitur. sed de
eo & iam prophactandi uir-
tus augetur. Excitati fama
facti. Omnes uicini ad mira-
tionem ac metu percelluntur.
Omnium qui audiēre circum-
quaq. ad aduentum noui pro-
phaetae corda praeparantur.
Unde merito scā per orbem
ecclesia. quae tot beatorum